

L I B R Y A Q U A R T V S

Rursum si differentiam in specie posuit, ut immortale id ipsum quod est Deum.

Vt si ponit genus in specie peccat (nam quod in plus est sub eo quod in minus supponit) sic peccat et qui assignat genus differentiam speciem vel qualiter de ipsa speciem facit prædicatum, que est ab ea specificata. Nam et secundum hoc etiam corrigit peccatum, nam est enim si, quod neque unius, saliter de differentia aliqua ut genus prædicatum de his quorum est differentia, si quidem omne subiectum generi, vel est species, vel individuum, quorum neutrum est differentia generis diuisa ab ipsa, unde multo absurdius est ut species de ipsa prædicatur specificata ab eadem. nam qui hoc facit peccat, quatenus id quod dicitur in plus subordinat dicto in minus, nam in plus est differentia, quam species, et si acciperetur differentia ut utrumq; aggregatione. Sic peccat qui dicit, ac facit prædicatum de immortali ipsius Deum, nam immortale est differentia, species autem Deus est, et in plus immortale, siquidem non esse immortale Deus. Item peccat qui prædicatum facit hominem de rationali.

Accidit enim de equalibus, aut pluribus, quam species dici, differentia enim semper de equalibus, aut de pluribus, quam species dicuntur.

In plus species dici accedit, quod quidem dixit non quia genus equaliter aliquando dicitur de specie, sed quia omne prædicatum de aliquo uero, vel equaliter est ipsi, vel in plus. Si ergo et species de differentia prædicatum aliquis diceret, vel in plus, vel equaliter, speciem de differentia sic prædicatum saceret, sed non se habet. Nam differentia, vel equalis est species, de qua prædicatur, quando proprie, et proxime differentia specificans speciem sumeatur, sic pedestre cum sit differentia specificans pedestris animalis, nam species huc animalis equalis est ipsi, vel igitur equaliter, ut volatile, vel in plus, ut bipes, vel rationale de homine. Nam si fuerit equaliter homini scientie capax, si differentia, et hoc. Item si species de differentia prædicatur, et de specie genus, et de differentia genus in quid est prædicatur; sed ostensum est hoc esse impossibile, quia differentia non participat genere. Videtur autem nunc differentiam accipere, ut aggregatum ex utrisky.

Insuper si genus in differentia, ut colore quod quidem est congregatum, aut numerum, quod quidem impar.

Plane peccat qui facit differentiam prædicatu de genere, nam in minus est differentia, quam genus. Item neque genus de differentia principio in quid est prædicatur, quanvis sub ipso sit: si autem hoc multo in minus est differentia, quam genus, convertit autem utroque locos assignatus, hunc in quo differentia de specie, ut genus assignabatur, nam hic differentiam in specie ponit convertitur cum illo, etiam illam convertit, in quo aliquis faciebat genus de aliqua differentia, ut specie prædicatum nam qui genus in differentiam ponit, de quo nunc dicit conuersus est cum illo, sic peccat qui prædicatum facit de colore congregatum iussus, nam color est genus, et congregatum est differentia coloris, nam colorum alij sunt congregati, ut nigri, ali uero disgregati, ut albi, similiter peccat si qui prædicatum facit impar de numero, nam differentia numeri quod est genus, dicitur esse impar.

Et si genus, ut differentiam dixit. Posibile est enim aliquem, et talem suscipere positionem, ut tem-

perant, misturam, differentiam, aut lationis, secundum locum mutationem. Inspiciendum autem omnia, que sunt huiusmodi per eadem. Cöitant enim loci, de pluribus enim genus, q; differentiam oportet dici, et non participare differentiam. Sic autem assignato, neutrum eorum, que dicta sunt, possibile est accidere, nam ex de paucioribus dicetur, et participabit genus differentiam.

Perfictum etiam est hoc peccatum, si quis genus de aliquo differentiam eius diceret, sic peccaret qui diceret temperamenti mutationem differentiam esse. Nam temperamentum est species, et genus ipsius est mistio, ut dictum est paulo ante. Similiter etiam, qui dicit differentiam lationis esse mutationem secundum locum, nam id quod est in plus aliquo, et in quid est prædicatum ut diuidens ipsum accipiunt. Sed aliquis quereret qui differt genus, ut differentiam assignare ab hoc genus in speciem ponit, nam quo ad exempla genus ut species sumptum est propriæ speciei. Ni-

Dubium  
Solatio.

si differat si est appositum differentiam nomen generi, perinde ac non diceretur mutationem temperamentum, sed mutationem differentiam temperamenti, tale uideretur esse peccatum. Et assignare lutum conuenire terram humido commisram, nam massa, et ea compactio luci coenique non est differentia coeni, sed genus similiter ex qui dicit differentiam aucti uolatilis animal, tamen inquit omnia talis oportet considerare per hoc. Et quædam sunt, per quas oportet considerare eadem, et confutare communiter dicit, nam oportet ut hoc, ut in plus genus dicatur, quam differentia, quia differentia non suscipit rationem generis, sic autem assignatio neutrū dictiorum possibile est accidere, sic etiam si aliquis differentiam generis genus assignaret, ut qui colorem diceret esse congregatum iussus, nam in minus diceretur genus, quam differentia, et adhuc suscipiet rationem eius. Item qui genus, et differentia assignat, ut nunc diceatur in minus facilis genus, quam differentiam, nam si genus nunc temperamentum, et differentia mitatio eius sumpta est, quia temperamentum in minus est, quam mistio, erit genus in minus, quam differentia. Item quia mistio in quid est de temperamento prædicatur, participabit genus differentia. Tale est nunc dictum, non eo quod differentia non participat gene, quod prius dictum est, sed quia genus non differentia particit, nam hoc est significatum sub ipso, et non participare differentia, quod aequaliter est, non in quid est differentiam prædicari de genere, et alij autem prædicti loci de differentiis, specie bus, generibus, non congrue variatis uentes quibusdam horum ostendunt, vel enim accipiunt id quod in minus dictum esse in plus, vel quia ponunt non participans aliquo, ut aliquo participans, quare communicant inter se, secundum eadem.

Amplius si nulla generis differentia prædicatur de assignata specie, nec genus prædicabitur: ut de anima, neque impar, neque par prædicatur, quare neque numerus.

Quia ex genere diuiso, secundum differentias, fit generalis specierum eius patet, quia omnis species aliquius generis habet etiam differentiam quandam, vel quasdam que prædicantur de ipso genere, nam ob id, et diffinitio specierum ex genere, et differentiis conslat, ut hominis animal genus per hoc, et rationale, et mortale animalis cu[m] sunt differentiae prædicatur de ipso, nam que cunque

Et adiu  
P. sepe sol  
aut aleas.  
P. hac si u  
aut, et nos  
uerius a  
quando uifi.